

ipse sit excommunicatus cum omnibus ei participantibus, & sine non est dubium, quod quicumque participat ei, est excommunicatus majori excommunicatione: aut est excommunicatus simpliciter: & tunc, aut participat aliquis ei in crimine, prebendo ei consilium, & auxilium, & favorem: & sic interum est excommunicatus majori excommunicatione: aut participat in alio, sicut in verbo, vel sculo, vel mensa: & sic est excommunicatus minori excommunicatione. De qua Canonis Sancti, Causa 11. q. 3. ait: Urbanus II. Pontifex Maximus, Sancti Canonibus cautum est, ut qui excommunicatus communicaverit, excommunicetur: eo tamen moderamine, ut quicumque ignorans, seu timore, seu necessitate cuiusvisque maximi negotii, eorum se convulsu comminaverit, cum minoris patientis medicina societatis nostrae participationem sortitur: eos vero, qui aut spontaneos, aut negligenter inciderint, sub ea volumus disciplina correctionis suscipi, ut ceteris metus incutatur.

REGULA XVII.

Cum excommunicato majori excommunicatione communicans, in maiorem excommunicationem non incurrit, si ex ignorantia, caritate, officio, vel necessitate communicet.

Ita S. Th. in 4. Sentent. dist. 18. q. 2. art. 4. Quasiunc. 2. Duplex est, inquit, Excommunicatio: una est minor, qua separatur tantum a participatione Sacramentorum, sed non a Communione Fidelium: & ideo tali excommunicato licet communicare, sed non licet ei Sacramenta conferre: alia est maior excommunicatio, & haec separatur hominem a Sacramentis Ecclesiae, & a Communione Fidelium: & ideo excommunicato tali excommunicatione communicare non licet. Sed, quia Ecclesia excommunicationem ad medellam, & non ad interitum inducit, excipiuntur ab hac generalitate quadam, in quibus communicare licet, scilicet in his, quae pertinent ad salutem: quia de talibus homo licite cum excommunicato loqui potest, & etiam alia verba interferere, ut facilius salutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiam quadam persona, ad quas specialiter pertinet provisio excommunicati, scilicet uxor, filius, servus, rusticus, & serviens. Sunt etiam quidam alii casus excepti, sicut quando ignoratur excommunicatio, & quando aliqui sunt peregrini, & viatores in terra excommunicatorum, qui licite possunt ab eis emere, vel etiam accipere elemosynam: & similiter si aliquis videat excommunicatum in necessitate, quia tunc ex precepto caritatis tenetur ei providere. Quae exceptiones Verbu exprimitur.

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse. Prima iuxta causas, ob quam licet cum excommunicato communicare, est Utilitas tum spiritualis, five ipsius excommunicati, five illius, qui cum ipso communicat: tum temporalis, non ipsius excommunicati, sed aliorum. Quasmore Concionatoribus, alisque five Clericis, five Laicis licet cum excommunicato loqui de rebus ad illius salutem, & Absolutionem pertinentibus, at habeat e. cum viduante, Extra. De Sententia Excommunicato. cuius haec sunt verba: Cum voluntate, ac proposito maleficia distinguantur, excommunicationis Sententiam non incurrit, qui excommunicato in his, quae ad Absolutionem, vel aliam ad salutem animae pertinent, in lectione participat: licet etiam alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat, interponat. Licet etiam ad excommunicatum petere consilium, si illud aequo salutare ab alio sperare non possim. Licet ad excommunicatum repetere debita, eoque in iudicio convenire, ut habeat cap. Tutelleximus, Extra. De Iudiciis: & in jus vocati debent per alium respondere: Ne videantur de sua malicia commoedum reportare.

Alteri causa, ob quam communicare cum excommunicato licitum est, est Lex, matrimonialis scilicet, qua maritus, & uxor sibi mutuo obligantur. Unde uxor cum viro excommunicato cohabitans, aut vir cum uxore excommunicata, invicemque exhibentes ea, quae ad rationem conjugii pertinent, in minori excommunicationem non incurant, etiam si excommunicatio matrimonium antecesserit, ac utriusque conjugii nota fuerit. Quamvis enim peccaverit, ac minorem excommunicationem contraxerit, quae nuptis excommunicato, aut qui duxit excommunicatam: ex quo tamen matrimonium celebratum est, ac ratum, Jus naturae postulat, ut mutua sibi exhibent officia, quae ad conjugalis vitae societatem pertinent. At si excommunicatio lata sit in causa matrimonii, iuxta quae ratione impedimenti prohibent eum partibus, nec contrahant, aut necohabent: tunc cohabitare licite non possunt, & in excommunicationem incurant non minorem dumtaxat, sed majorem. Ut enim mutus contractus, ita & mutuum crimen est, adeoque pari poena plendum.

Tertia causa est subjectio, quae hoc verbo, Humile, exprimitur, quae fit, ut cum patre, vel domino conversari, & communicare possunt filii non emancipati, & servi five domestici, five rusticani, qui ejus obsequiis ante excommunicationem additi erant. Hanc exceptionem tradit Greg. IV. Can. Quoniam mulier, Causa 11. q. 3. qui in Synodo Romana ab eo conditus est. Quoniam inquit, multos peccatis nostris exigitibus pro causa excommunicationis: ipse de quatuor

Quis ob causas cum excommunicato communicet licet.

De Excommunicatione.

cernimus, partim ignorantia, partim nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate, devoti misericordiam, Sententiam Anathematis ad tempus prout possumus, temperamus. Apostolica itaque auctoritate ab Anathematis vinculo subtrahimus uxores, liberos, servos, ancillas, seu mancipia, necnon rusticos servientes, & omnes alios, qui non adeo cruciales sunt, ut eorum consilio sceleris perpetrentur. Quod Decretum Innoc. III. Extr. De Sententia Excommunicationis, cap. Inter alia, quantum servos spectat, aut Rusticos servientes, de illis intelligendum esse declarat, qui jam servi erant ante prolatam in dominos excommunicationis Sententiam, ut scilicet ad idem obsequium exhibendum postea teneantur: si autem ante servi non essent, addicere se illorum servituti, ac obsequio non debeant, quamdiu manent excommunicati, alioqui minoris excommunicationis vinculo, sicut ceteri cum excommunicatis communicantes constringantur, Inter alia inquit, qua Strigoniensis Archiepiscopus proponi fecit, Nos recolimus respondisse, Quod nullus nominatim excommunicato scilicet communicare tenetur, nisi quadam persona, qua per illum Gregori Papa Capitulo, Quoniam Multos, specialiter excusatur. Verum ex hac Responsione orta est occasio disputandi, alii concedentes, quod excommunicato communicare tenetur persona in praedicto Capitulo nominata, praesertim quae prius ad communicationem eorum ex debito tenebantur: alii asserentes, eos communicare licite posse, si velint: non tamen ad hoc necessitate teneri. Ut igitur unum Jus procedat, Interpretatio quoque procedat, ambiguitatem hujusmodi taliter ausimus absolvendam, in qua cum quadam persona in praemisso Capitulo denotata, illis, in quod lata fuerat excommunicatio Sententia, ante prolatam istam obsequia tenebantur familiariter adhaerere, neque postmodum ad contrarium teneantur (cum adhuc debium daret) beneficio Canonis id agens, a priore non sunt obnoxietate soluti, sed ad familiare tenentur obsequium: & ita per consequens ad communicationem tenentur, sine qua illud nequeunt exhibere. Illud autem non ad omnes personas Capituli credimus referendum: ut videlicet obnoxietati hujusmodi sint subiecti: cum viatores, peregrini, & mercatores, a communicatione talium personarum (nisi articulus necessitatis imminet) debeant abstinere, ut in fine colligitur manifeste: sed ad illas dumtaxat, quae talibus artiori tenentur obnoxietate constrictae: quibus tamen in his, pro quibus sunt excommunicatio nata, ut in criminibus, communicare non debent, sed ab eis penitus abstinere.

Sicut autem inferiores Superioribus, ita Superiores Inferioribus excommunicatis in his saltem communicare debent, in quibus sunt eis obligati: Quia, sicut Inferiores obligantur ad obsequium Superiorum, ita Superiores ad providentiam Inferiorum, inquit S. Th.) Quarta causa est ignorantia, cum enim vel sciam, vel jus ipsum probabiliter ignorat, nec ignorantia crassa, & supina est, in Excommunicationem non incurrit, nec peccat, qui cum excommunicato communicat, quia nec scit excommunicatum esse, nec vult cum excommunicato communicare. Omnis porro Censura ob peccatum infligitur: & nullum est sine voluntate peccatum. Hanc etiam exceptionem addit Greg. VII. cum Romana Synodo Canonem Quoniam multos, mox citato: Et eos qui ignoratur excommunicatis communicant. Idemque colligitur ex c. Apostolica Sedis, Extra. De Sententia Excommunicationis.

Postrema causa, ob quam cum excommunicatis communicare Canones permittunt, est Necessitas. Unde Can. Quoniam multos, jam citato, Greg. VII. addit: Quicumque autem Orator, sive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenit, ubi non possit emere, vel non habeat unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam datus: & si quis excommunicatis non in sustentationem superbia sua, sed humanitatis causa dare aliquid voluerit, non prohibetur. Idem confirmatur ex c. Cum voluntate, Extra, De Sententia Excommunicationis, quod Gregorius IX. responsum est. Predicatores quoque, inquit, qui penes excommunicatos, vel alios alienarum rerum detentores, in Pradicationibus, & Confessionibus, quasi gerunt causam, vel curam eorum, ad quos recipere spectare videntur, elemosynas licite possunt ab illis recipere: praesertim si alius non valeant in illo loco sustentationem habere.

REGULA XVIII.

Qui cum nominatim excommunicatis deliberat a voluntate communicant (praeter personas beneficio Canonis exceptas) nisi moribus ab eorum Communionem, atque conversationem distulerint, Excommunicationis majori sunt plendum.

Hanc Regulam tradit Innoc. III. cap. Quod in dubiis, Extra. De Sententia Excommunicationis, cuius haec sunt verba: Nullus autem scienter nominatim excommunicato communicare tenetur, nisi quadam persona, qua per illum Greg. Papa Capitulo, Quoniam multos, specialiter excusatur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis communicant, nisi ab eorum participatione communitis forte desisterint, Excommunicationis vinculo sunt innotandus.

De Excommunicatione.

De Excommunicatione.

RE.

REGULA XIX.

In majorem Excommunicationem incurrit illo facto sine alia monitione, quicumque scienter cum ipso communicat, qui cum participibus suis est excommunicatus.

Hae Regula est Innocentii III. in eodem cap. Secus autem, inquit, si scienter ei communicant, qui cum participibus suis est vinculo Excommunicationis sententialiter innotatus: tunc enim & ipsi Sententiam Excommunicationis his incurruunt.

REGULA XX.

Cum Excommunicato ante Absolutionem communicare non debet, quomodo se Ecclesia pariterum juraverit.

Ita declarat Innoc. III. in eodem cap. Excommunicato, inquit, licet, quod sit Mandato Ecclesiae, juramento firmaverit, communicari non debet, donec per Ecclesiam fuerit absolutus: alioquin post Juramentum non esset Absolutio necessaria.

REGULA XXI.

Communio cum excommunicato in crimine, vel in rebus Divinis, lethalis semper peccatum est: Communio vero in adionibus civilibus, politicis, & more corporis est veniale dumtaxat peccatum, nisi fiat in contemptum Ecclesiae.

Hanc Regulam tradit S. Th. in 4. Sentent. dist. 18. q. 2. art. 4. Quasiunc. 3. Quidam inquit, dicunt, quod quicumque aliquis participat excommunicato (vel verbo, vel quocumque aliorum modorum sententiam) qui communicare non licet peccat mortaliter, nisi in casibus exceptis a Jure: sed quia hoc videtur valde grave, quod homo pro uno verbo levi, quo excommunicatum aliquem, mortaliter peccat: & multos excommunicatos laqueum damnationis insperet, quod non est retorqueretur: ideo alii probabiliter videtur, quod non semper peccat mortaliter, sed solum quando vel in crimine, illis participat, vel in Divinis, vel in contemptum Ecclesiae.

Ad Decretalem Sacris, Extra. De his, qui vult mortis causa sunt, quae declarat Innoc. III. eos, qui necu mortis cum excommunicatis communicant, excommunicationis labe inquirunt, Cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurere: S. Thomas respondet, Decretalem illam locum de participatione in Divinis, quae mortale peccatum est. Vel Decretalis illa intelligenda est de illis, qui directe communicant excommunicatis, ut respondet Sanctus Doctor Quodlibet 11. q. 7. art. 2. Aliquis, scilicet, potest communicare, sed participare cum excommunicato directe, & indirecte: directe qui tenet in his, quae sunt Fidelium: & qui hoc modo communicat, peccat mortaliter. Et hoc contingit tripliciter: puta, si communico cum illo in Divinis: sicut si oram pro eo, vel audiam Missam cum eo: & in aliis spiritualibus: item si ex contemptibus, & hoc in quocumque communico quis cum eo, quasi contempnus Mandatum Ecclesiae, peccat mortaliter: item quicumque participat cum illo in criminibus, & in causa. Indirecte vero communicat quis cum eo in his, quae sunt hominis, sicut in verbo, in cibo, & in his, quae sunt simpliciter humanae conversationis: & secundum hoc non peccat mortaliter, sed venialiter, nisi faciat ex contemptu.

Addit Quod Angelicus ibidem, in Responsione ad tertium. Quod non solum debet aliquis mortem subire potius quam peccet mortaliter, sed etiam potius quam peccet venialiter, quia peccatum nunquam est eligendum. Non recte ergo colligitur, communionem quamlibet cum excommunicatis esse peccatum mortale, quia vitanda est: quia est veniale tantum effect, non efflet cum eis communicandum, & mors potius esse eligenda.

Cum autem sibi obijcerit, Juris Canonici Peritos communionem quamcumque cum excommunicatis damnare peccati mortalis, respondet, hanc opinionem non esse veram, Quis ipsi plus assentiant in his, & sequuntur Jus humanum, quam divinum: cum plus sit assentiendum divino, quam humano: & ideo melior est opinio aliorum, qui dicunt contrarium. At inquit, Ecclesiae precepta violare est peccatum mortale: sed Ecclesia prohibet ne Fidelium ullus cum excommunicatis loquatur, aut comedat: hoc ergo, qui sicut, mortaliter, peccat reus est.

Respondet S. Th. ad secundum: Communicare cum excommunicato directe, est contra preceptum Ecclesiae, & est peccatum mortale: sed communicatio indirecte non est contra, sed praeter preceptum Ecclesiae. Nam preceptum Ecclesiae dicitur respicere spiritualia, & ex consequenti legitimos adus: & ideo, qui communicat ei in Divinis, facit contra preceptum: & peccat mortaliter: qui autem participat ei in aliis, facit praeter preceptum, & peccat venialiter. Quod nemo sunt per se mala: & haec non possunt fieri sine peccato, sicut communicare excommunicato in his, quae sunt excommunicati, & scilicet in crimine: & ideo non possunt fieri sine peccato mortali: quodam vero sunt occasiones malorum tantum, & ista possunt fieri sine peccato mortali, ut loqui, vel comedere cum excommunicatis.

Quod r. q. 7. art. 2. ad secundum, & in 4. Sent. dist. 18. q. 2. art. 4. quasiunc. 3. ad 2.

Addit denique S. Th. loco Sentent. mox citato ad quartum: quomodo participare excommunicato sit peccatum veniale, tamen participare ei peccatum mortale, & per hoc potest aliquis excommunicari secundum Jura. Peritancia nempe illa cum Ecclesiae contemptu conjuncta est.

REGULA XXII.

Major Excommunicatio ferri non debet, nec potest levibus de causis, sed solum ob mortale peccatum: alioqui nulla, & irrita est.

Scriptura enim Sacra, quocumque potestatem ad hanc Censuram ferendam Ecclesiae a Christo traditam significat, ad gravium peccatorum emendationem, ac vindictam eam ferri satis inuit: Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethiopeus, & Publicanus. Nemo enim dixerit, aliquem esse rebellem Ecclesiae ob solum culpam venialem; maxime cum ibi sermo sit de correctione fraterna, & ejus ordine, qui divina illa Censura terminatur, si contumacia intercedat. Illa autem correptio, proprie, ac stricte loquendo, in peccatis dumtaxat venialibus locum non habet, ut S. Aug. colligit Serm. 82. alias 16. De Verbis Domini, illa Christi verba expendens: Si te audiverit, lucratus eris fratem tuum: Si faciendo inquit, lucratus, nisi fecisses, pariterat. Nemo ergo dicat, quis peccati in Deum, sed peccati in fratrem. In homine peccati, leve peccatum est, vel nullum peccatum est. Porro inde dicit, leve est, quia cito curatur. Cito scilicet mortiferam rem, huc remedium cito invenisti. Deinde S. Paulus Corinthinum hominem excommunicatum, gravissimum illius crimen palam exponit. Tertio, poena respondere debet culpa: major autem Excommunicatio gravissimum omnium peccatum est quae ab Ecclesia infligitur, ut docet S. Aug. Lib. De Correctione, & Gratia, c. 15. & habetur Can. Corripiantur, Causa 24. q. 3. pro veniali ergo culpa infligi non debet, nec potest. Quarto, Excommunicatio Christianum ejicit ex Ecclesia: nemo autem meretur ejici ab Ecclesia, nisi qui meretur ejiciam e Regno Dei: quae poena nemo dignus est, nisi ob peccatum mortale. Quinto, quod est in Republica temporali poena mortis, id est in Ecclesiastica Republica poena excommunicationis, ut docet S. Aug. q. 2. in Denter. Ideoque vocari solet Gradus Ecclesiasticus, Can. Inter haec, causa 28. q. 2. Et S. Aug. in collatione tertiae diei cum Donatistis, eum vocat Damnationem, quam facit Episcopus le Judicium. Sicut ergo Republicae temporali non est data potestas interficiendi hominem propter peccatum veniale: ita nec Ecclesiae data est potestas hominem excommunicandi ob solum culpam venialem.

Hanc Regulam confirmant sacri Canones. Can. Nemo, causa 11. q. 3. Nemo inquit, Episcopus quilibet sine certa, & manifesta peccati causa sine conscientia Archiepiscopi, aut Coepiscoporum nullum praesumpto punire, nisi unde Canonica docet Auctoritas: quia Anathema est aeterna mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi: crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi. Quod ex Concilio Meldensi can. 56. sumptum est.

Item ex Can. Nullas Sacerdotum, qui ex Concilio Arelanensi 4. can. 2. & Vvormatensi can. 13. confatus est: Nullus Sacerdotum quomquam reus fidei hominum pro parvis, & levibus causis a Communionem suspendat: praeter eas culpas, pro quibus Antiqui Patres aeterni ab Ecclesia iussurunt committentes.

Idem confirmat S. Leo, Epist. 10. alias 89. cap. 8. Nulli inquit, Christianorum facile Communio denegetur, nec ad indignitatem fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem incutit, & dolens quodammodo debet inferre animus Judicantis. Cognovimus enim pro commissis, & levibus verbis quosdam a gratia Communionis exelutos, & animam pro qua Christi Sanguis effusus est, irrogatione tantum savi supplicii sauciata, & inermem quodammodo, exstantem omni munimine, diabolicis incurtus, ut facile caperetur, obiectam. Certe si quando causa talis emerit, ut pro commissis criminis qualitate aliquid iuste faciat Communionem privari, ita tantum poena subducenda est, quam reatus involvit: nec participes debet esse supplicii, qui confors non docetur fuisse commissi.

Idem docet S. Avitus Viennensis Episc. Epist. 61. ad Constantium Episcopum: Illud tamen suggerere, ac movere praesumo ne propter leves causas, & non ad Deum, sed ad saeculum pertinentes, ne Laici quidem, non dicam Clerici sacra Communionem priventur: quia nefestis quibus dignitate sit ipsa Communionem, qui non eam, omni animositate seposita, & cum magno dolore suspendit, & cum maxima festinatione restituit.

Et S. Greg. Epist. 26. Libri secundi, ad Magnum Presbyterum Mediolanensem scripta: Sicut inquit, exigente culpa, qui a Sacramento Communionis digne suspenditur, ita innotibus nullum mortalitas debet irrogari vindicta. Comparatus siquidem, quod Laurentius quondam frater, & Coepiscopus noster nullis te culpis exigentibus Communionem privaverit: ideoque hujus Praecepti nostri Auctoritate manibus, officium

1. Cor. 5. Excommunicatio levibus da causis non est infligenda.

De Excommunicatione.







licitatem desiderat, (inquit Leges in Glossa citat.)

Gerfonii opinio de Excommunicatione...

Commissio hanc est Responsio, verumtamen difficultate non caret, quam sentit Gerfonius Tract. De Vita spirituali...

Monitiones autem ipsi delinquenti faciendas, cum aliquis nominatim excommunicandus est, nec fuisse, ut fiant ad ejus domum...

At veteri Juri derogavit Concilium Tridentinum, Sess. 25. De Reformatione, c. 3. declarans, in causis criminalibus, ubi executio realis, vel personalis fieri non potest...

REGULA XXX.

De Excommunicationis Sententia nominatim in aliquem ab Ecclesiastico Judice feratur, non solum Monitio, sed & citatio juridica promitti debet...

Quae enim inaudita parte ferretur Sententia, irrita est: cumque Judicium inter Judicem, & partes exercetur, necesse est, ut pars in voce vocetur, & partes, qui de re sit sententia, & comparere possit, seque defendere...

REGULA XXXI.

Sententia Excommunicationis ab Ecclesiastico Judice in scriptis ferri, causaeque exprimi debet, ut quam ferretur, & ejus transumptum Reo tradi intra mensem postulant: aliqui Judex ipso facto suspenditur: Sententia vero a Superiore relaxanda est.

Ferri debet in scriptis De Sententia Excommunicationis...

Hanc Regulam tradit Innoc. IV. cap. Cum medicinalis, in 6. Quisquis (inquit) excommunicatus, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expresse conscribit, propter quam excommunicatio profertur: exemplum vero hujusmodi scriptura tenetur excommunicato tradere intra mensem, si fuerit requisitus, super quo requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel litteras testimoniales confici sigillo autentico consignatas...

revertitur, Sententiam ipsam sine difficultate relaxans, Latorem excommunicationis ad expensas, & omnes interesse condempnet, & alias punit animadversione condigna, ut pona doceat de sancto Judice, quam grave sit Excommunicationis Sententia sine maturitate debita fulminare...

REGULA XXXII.

Excommunicationem in aliquem nominatim latam Judex Ecclesiasticus denuntiare tenetur.

Hae Regula colligitur ex Can. Curia, Causa 11. q. 3. & cap. Conquesti, Extra. De Sententia Excommunicationis. Et certe cum feratur Excommunicatio, ut ad Penitentiam adducatur peccator contumax, ad id maxime conducibilis est denuntiatio. Majori enim pudore suffundetur, dum se a ceteris Fidelibus necessario vitandum intelligit: vitare autem non tenetur Excommunicatus nisi nominatim denuntiatus fuerit. Ad valorem tamen, & effectum Excommunicationis necessaria non est denuntiatio, sed ad sollemnitatem duntaxat pertinet.

REGULA XXXIII.

Excommunicatio in totam Communitatem, familiam, Civitatem, Praevicium, aut Regnum, sive in Principem, & subditos simul ferri non potest.

Hanc Regulam tradit Innoc. IV. cap. Romana Ecclesia, tit. De Sententia Excommuni. in 6. In Universitate (inquit) vel Collegio praefertur Excommunicationis Sententiam penitus prohibemus: volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cum nonnunquam contingeret, innoxios hujusmodi Sententia irritari: sed in illos duntaxat de Collegio, vel Universitate, qui culpabiles esse constiterint, promulgatur.

Confirmatur haec Regula S. Augustini testimonio Ep. 250. alias 75. ad Auxilium Episcopi, qui Claustrarium cum tota eius familia excommunicaverat: & refertur Can. Si habes causa 24. q. 3. Si habes (inquit) de hac re Sententiam, certis rationibus, vel Scripturarum testimonio exploratam, & quoque docere digneris, quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro maritis uxore, aut pro Domini servum, aut quisquam in domo etiam nondum natus, si eodem tempore, quo universa domus est anathematizata, nascatur, nec ei possit per lavacrum regenerationis in mortis periculo subveniri. Neque enim haec corporalis est poena, qua legitur quosdam contemptores Dei cum suis omnibus, qui ejusdem impietatis participes non fuerant, pariter interfecit. Tunc quidem ad terrorem vivendum morali corpora perimebantur, quandoque utique moritura. Spirituali autem poena, qua fit, quod scriptum est: Qui ligaveris super terram, erunt ligatae in caelo, Animas obligat, & de quibus dictum est: Anima patris mea, & anima filii mei est. Anima, quae peccaverit, ipsa morietur. Audisti forsitan aliquos magni nominis Sacerdotes cum domo sua quemquam anathematizasse peccantium? Sed forte si essent interrogati, responderent idoneo reddere idem rationem. Ego autem, quoniam si quis ex me quarat, uram recte fiat, quid ei respondendum non invenio; nunquam hoc facere ausum sum, cum de quorundam facinorosis immaniter adversus Ecclesiam perpetratis gravissime permoveret. Sed si tibi forte, quoniam iustitiam, Dominus revelavit, nequaquam juvenisilem aetatem tuam, & honoris ecclesiastici rudimenta contemno: in adsum, sicut a juvene, & Episcopus ter avarum, a Collega necdum anticulo paratus sum discere, quomodo, vel Deo, vel hominibus justam possumus reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno, ex quo non trahunt sicut ex Adam, in quo omnes peccaverunt, originale peccatum, spiritali supplicio puniamus. Etenim Claustrarii filius, est traxit ex parte primi hominis culpam sacro fonte Baptismatis expiandam; tamen quicquid, postea quam genuit eum, peccati patris ejus admisit; ubi participes ipse non fuit, ad eum non pertinere quis ambigat? Quid dicam de conjugate? Quid de tot animabus in universa familia? Unde si una anima pro istam ser veritatem, qua tota domus ipsa anathematizata est, sine baptis mate de corpore excedendo perierit, innumerabilium mors corporum, si de Ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur, & interficiantur, huic damno non potest comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem, animam & nobis referendo praestes, ut possimus & nos, si autem non potes, quid tibi est inconsulta commotione animi facere, unde si fueris interrogatus, rectam responsionem non vales invenire?

Eandem Regulam confirmat S. Thomas in 3. Sentent. d. 18. qu. 2. art. 3. quae sunt. Excommunicatus (inquit) non debet aliquis nisi pro peccato mortali: peccatum autem in actu consistit: actus autem non est communitatis, sed singularium personarum, ut frequenter: & ideo singulis de communitate excommunicari possunt, non autem ipsa communitas, & si etiam quandoque actus sit totius alicujus multitudinis, ut quando multi navim trahunt, quam nullus trahere potest: non tamen est probabile, quod aliqua communitas tota ad malum consentiat, quin aliqui sint dissidentes: ex quibus non est Deo, qui iudicat omnium terram, ut condempnet justam cum impio

Excomm. natio de munitada.

In communitatem non ferenda Excommunicatio.

Math. 18. Ezech. 18.

(ut dicitur Gen. 18.) Ideo Ecclesia, qua Iudaeum Dei imitari debet, satis provide statuit, ut tota communitas non excommunicetur: ne collectis zizanias simul eradice tur & triticum.

An vero Excommunicatio in Universitatem lata sit irrita ipso Jure, dubium est, Juris Canonici Consulti in variis Sententias abundantibus. Injustum esse, non tamen nullam, si ab Ordinario facta sit, secus si a Delegato, plerique censent: ita tamen ut liget singulos duntaxat de Universitate desit capaces: alii irritam pronuntiant, scilicet Hostiensis, Joannes Monachus, Archidiaconus, Joannes Andreas, &c. Videtur potest Profper Fagnanus in cap. Responsio, tit. De Sententia Excommunicationis.

REGULA XXXIV.

Ab excommunicatione ferenda est abstinendum, cum timetur, ne peior facti peccator in quem ferretur, vel Pax Ecclesia perturbetur.

Hanc Regulam tradit S. Aug. Sermon. 17. alias 28. ex Homilias quinquaginta, c. 3. Qui inquit, non contemnat circumstantias peccatorum? Abundat tale peccatum, & contemnitur. Jam cor obrisum perdidit sensum, non habet dolorem, quia nec saltem. Quando aliquid pungitur, & dicit autem sanum est, aut in illo ipsa aliqua sanitas: quando autem tangitur, pungitur, vellitur, nec dolens pro mortuo habendum est, ac de corpore praedendum. Sed aliquando pars parcimus, & non novimus nisi legem: excommunicare, de Ecclesia proijcere pigri somus. Aliquando enim timemus, ne ipso flagello peior fiat, qui caditur.

Et Ser. 4. alias De Diversis 44. cap. 32. Nonne, inquit, fit modum in Ecclesia malis hominibus, qui volunt perturbare Ecclesiam, ut tolerentur ad necessitatem ipsius pacis, ut admittantur, ut habeant Sacramenta communia? Et aliquando dicitur, quia mali sunt, & convincunt forte non possunt, ut emendentur, & degraudentur; ut excludantur, ut excommunicentur, non possunt convalescere. Si infirmus aliquis, aliquando tunc in distipatione Ecclesia. Cogitatur Gubernator Ecclesia tamquam dicitur: Ecce ad ubi terrae erit tibi, & a rore caeli, utere Sacramentis, nisi manducas Iudaeum, tibi libis Iudicum: Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Nosti, qui admittit: ex necessitate pacis Ecclesia, non habet in corde nisi perturbare, & divasione, &c.

Et Lib. 2. De Fide, & Oribus, cap. 5. Non vero ad sanam doctrinam pertinere arbitror, ut utriusque testimonium vivam, sententiamque moderari, ut & canes in Ecclesia propter peccata Ecclesia toleremus, & canibus sanctum, ubi haec Ecclesia vitata est, non demus. Cum ergo fuerit negligentiam Praepositorum, si ve per aliquam excusabilem necessitatem, si ve per occultas rationes, invenimus in Ecclesia multos, quos Ecclesiastica disciplina corrigere, aut coercere non possumus: non venimus in mentem illis de scripturis similitudines, & divina oracula, vel certissima exempla, quibus demonstratur, & praenuntiatum est, malum in Ecclesia permissum bonis usque in finem factum, temporeque Judiciae futurae: & nihil bonis in unitate, ac participatione Sacramentorum, qui facti eorum non consentirent, obstruunt. Cum vero eis, per quos Ecclesia regitur, ad se saltem passim Ecclesiastica disciplina adversus improbos, aut nefarios excedenda tunc rursus, usque cordas, sequiturque dormiens, alius aculeis percipitur, quae ad severitatem committitur, aliter aculeis percipitur, ut regitur, ut in via Domini ex utriusque testimonio illo dicit, atque adjuvare dirigunt, nec patientia nomine torpescamus, nec obtemperat diligentia serviamus.

Et Lib. 3. Contra Epistolam Parmeniani, cap. 2. In hac velut angustia quaestio inquit, non aliquid novum, aut insolitum dicam, sed quod sanitas observat Ecclesia: ut cum quisque fratrum, id est, Christianorum in Ecclesia societate constituitur, in aliquo tali peccato fuerit apprehensus, ut Anathematizatus dignus habeatur, hoc hoc, subpericulum schismatis nullum est, atque id cum ea dilectione, de qua ipse dicit, alibi praecipit dicens: Ut inimicum non eum exilimetis, sed corripite, ut sciret: Non enim ad eradicandum sed ad corrigendum. Quod si se non agnovit, neque penitentem corripit, ipse foras exiet, & per propriam voluntatem ab Ecclesia Communitate dirimetur. Nam & ipse Dominus cum fecerit vobis zizanias colligere dicit, Sinite utraque crescere usque ad mellem: Praemissi causam dicens, Ne forte, cum vultis colligere zizanias, eradicetis simul & triticum.

Ubi fatis ostendit, cum metus ipse non subest, sed omnino de frumentorum certa stabilitate certa securitas manet, id est, quando ita eiusque erimen notum est, & omnibus execrabile apparuit, ut vel nullus profusus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas disciplina, in qua tanto est efficacior emendatio praevicacis, quanto diligentior consensio caritatis. Tunc autem hic sine late pacis, & unitatis, & sine laesione frumentorum fieri potest, cum Congregationis Ecclesia multitudine ad eo crimine, quod anathematizatum, aliena est. Tunc enim adjuvant Praepositorum peius corripientem, quam criminosis resistentem: tunc se ab eo conjunctione salubriter continet, ut nec cibum quisquam

Natal. Alex. Theol. Tom. I.

cum eo sumat, non rabie inimica, sed coercionis fraternitatem. Tunc etiam ille & timore percutitur, & pudore sanatur, cum ab universa Ecclesia se anathematizatum videns, sciam turbam, cum qua in delictis suis gaudet, & boni in se habet, non potest invenire. Ad hoc enim & ipse Apostolus ait: Si quis traher nominatur. In eo quippe, quod ait, Siquis, nihil aliud videtur significare voluisse, nisi eum posse vult modo salubriter corrigi, qui inter dissimiles peccat, id est, inter eos, quos peccatorum similitudo peccentia non corrumpit. In eo vero, quod ait, Nominatur, hoc nimirum intelligi voluit, parum esse, ut sit quisque talis, nisi etiam nominetur, id est, famosus appareat, ut possit omnibus dignissima videri, & in eum fuerit Anathematizata Sententia. Ita enim, & salva pace corripitur, & non interfectio percutitur, sed medicinaliter uritur. Properea & de illo dicitur, quem tali medicina sanari voluerat, Satis huic est correptione, quae fit a multis. Neque enim potest esse salubris a multis correptione, nisi cum ille corripitur, qui non habet sciam multitudine: cum vero idem morbus plurimes occupaverit, nihil aliud bonis restat, quam dolor, & gemitus, ut per illud signum, quod Ezechielis sanctus revelatur, illa est evadere ab illorum vastatione mercatur...

Misericoorditer igitur corripias homo, quod potest: quod autem non potest, patienter ferat, & dilectione gemat, atque lugeat, donec aut ille desuper emouat, & corrigat, aut usque ad mellem differat eradicare zizanias, & plebem venilare: ut tamen securi de salute sua bona spei Christiani disperat, quos corrigere non valet, in unitate versentur, auferant malum a se ipsis, id est, ut in ipsis non inveniantur, quod in moribus aliorum displicet.

Ex his colligitur, magna prudentia opus esse cum de Principibus, aut eorum Ministris excommunicandis deliberatur: nec facile in illos ferendam Sententiam, cum faciam multitudinem habere soleant, multoque suorum criminum defensoribus. Sane cum experientia consoptum fit, Excommunicationes, vel Censuras Ecclesiasticas in Ministros Regios, praesertim hoc consuetum iudicium laes, plus contentio, & turbationis parere quam adificationis: ad abstinere Judices Ecclesiasticos in his, quae ad eorum officium spectant, prudentiae, & caritatis leges postulant, & ad Regem recurrere, cujus officium est Ecclesiam tueri, ejusque Jurisdictionem sanctam rectam praestare.

REGULA XXXV.

Cum necessitas cogit Praelatos ad Excommunicationem ferendam, cum severitatem servata hominum dilectione exercere debent.

Hanc Regulam tradit S. Aug. Lib. 3. Contra Epistolam Parmeniani, cap. 1. Quisquis (inquit) contempserit Ecclesiam Dei Disciplinam, ut malos cum quibus non peccat, & quibus non sicut, desistat monere, corrigere, arguere, & si talem gerit personam, & Pax Ecclesiae patitur, etiam a Sacramentorum participatione separare, non alieno malo peccat, sed suo. Ipsi quippe in tanta negligentia grave malum est, & ideo sicut Apostolus monet, si auferat malum a se ipsis, non solum auferat audaciam committentis, aut penitentiam consentientis, sed etiam pigritiam corrigendi, & negligentiam vindicandi, adhibita prudentia, & obedientia in eo, quod praecipit Dominus, ne frumenta laedantur. Ea quippe intentione quisquis inter triticum zizanias toleraverit, auferendo a se ipso malum, non eis communicat: & ea diligenter, ac judicium interius ad diem; non enim novit, qui eras futurum sit: & ideo dilectione servata, non sine spili correctionis vindicandum est, quicquid etiam cogit necessaria severitas vindicari. Quod ut satis appareat, totum ipsum Epistola Apostolica locum diligentius pertractemus. Quid vultis? inquit, in virga veniam ad vos, an in caritate, & spiritu mansuetudinis? Jam hic apparet, eum loqui de vindicta, ad cuius significationem virgam nominavit. Nam quid tamen virga sine caritate est, quia ita contextur. In virga veniam ad vos, an in caritate? Sed quod sequitur, Spiritus mansuetudinis, admonet intelligi, quia & virga caritatem habet. Sed aliud est caritas severitatis, aliud caritas mansuetudinis. Una quidem caritas est, sed diversa in diversis operatur... Cum ergo ad talem vindictam necessitas cogit, humilitas lugentium debet impetrare misericordiam, quam repellit superbia severitatum, nec illius ipsius, qui de medio fratrum tollitur, debet negligi salus, sed ita agendum est, ut ei talis vindicta sit utilis: & agendum vobis & precibus, si corrigi oburgationibus non potest.

REGULA XXXVI.

Excommunicatio profus injusta nullatenus rimenda est in foro interiori, & coram Divino Tribunali: in foro autem exteriori non semper tenenda est.

Hanc Regulam probant, quae a. 1. iustis Capitis, §. 6. scilicet ex dicta sunt, ubi explicamus, Quibus de causis nulla, & Tabula Ecc. irrita, vel injusta Censura sit: necnon ea, quae hodie in Articulo, Regula 22. protulimus; quibus addendum est S. Aug. testimonium, Ep. 72. alias 137. Quid enim inquit, debet homini, quod ex illa Tabula non vult eum recitare hunc

REGULA XXXVII.

Excommunicatio profus injusta nullatenus rimenda est in foro interiori, & coram Divino Tribunali: in foro autem exteriori non semper tenenda est.

Hanc Regulam probant, quae a. 1. iustis Capitis, §. 6. scilicet ex dicta sunt, ubi explicamus, Quibus de causis nulla, & Tabula Ecc. irrita, vel injusta Censura sit: necnon ea, quae hodie in Articulo, Regula 22. protulimus; quibus addendum est S. Aug. testimonium, Ep. 72. alias 137. Quid enim inquit, debet homini, quod ex illa Tabula non vult eum recitare hunc

1. Cor. 5.

De Sententia Excommunicationis...

1. Cor. 4.

1. Thim. 5. Math. 23.



restituenda ignorantis, si de libro vivorum non cum delect iniqua conscientia? Item Can. Illud, causa 11. q. 3. qui S. Augustinum tribuitur, habeturque apud Anselmum Lucensem Lib. 12. c. 66. Illud plane (inquit) non temere dixerim, quod si quisquam Ecclesiam suam anathematizatus injuriam, si potius obierit, qui facit, quam qui hanc patitur injuriam. Spiritus enim Sanctus habitans in Sanctis, per quem quisque ligatur, aut solvitur, immeritam nulli potest ingerere: per eum quippe diffunditur caritas in cordibus nostris, qua non agit perperam.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

De Sententia Excommunicationis.

Idem confirmat S. Aug. Lib. De Vera Religione, c. 6. Sape enim in finis divina providentia, per nonnullas nimium turbulencias carnalium hominum seditiones expelli de Congregatione Christiana etiam bonos viros. Quam contumeliam, vel injuriam suam cum patientissime pro Ecclesia pace tolerint, neque ullas novitates vel barbares, vel schismatici moliti fuerint, docebant homines, quam vero affectu, & quanta sinceritate caritatis Deo servandum sit. Talium ergo virorum propositum est, aut sedatis turbidibus, aut si illi non finatur, vel eadem tempestate perseverant, vel ne suo reditu talis, aut severior, teneant voluntatem consulendi etiam ipsi, quorum motibus, perturbacionibusque cessant, sine ulla conventiculorum segregacione usque ad mortem descendentes, & testimonio juvante: eam fidem, quam in Ecclesia Catholica predicari sciunt. Hos coronat in occulto Pater, in occulto videns. Rarum hoc videtur genus, sed tamen exemplum non desunt: immo plura sunt quam credi potest.

Idem confirmat ex Can. Cui est illata, causa 11. q. 3. qui est Gelasii I. Cui est illata Sententia, deponat errorem, & vacua est: sed si injusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum, & Ecclesiam ejus neminem potest iniqua gravare Sententia. Ita ergo ea se non absolvi debent, qua se nullatenus perscrivi obligant.

Eadem Regula confirmatur ex Gersonio, in Tractatu De Sententia Excommunicationis, afferente: Aliquis Sententiam Pastoris non esse tenendam, immo nec imendam, dum sunt injusta: & hoc in multis casibus: primo si Sententia lata sit post Appellationem legitimam, ut notavit Innocentius III. in Epistola ad Archiepiscopum Senonensem. Secundo, si continetur in tolerabili errore, ut notavit idem: Et hoc multipliciter potest evenire, cum nullas Pastorem vivens in terra, immo nec Papa sit impeccabilis, quando potest obiri sua potestates: cum circumdatus sit infirmitate, ut dicitur ad Hebraeos: Unus casus est, si Sententia expresse, vel etiam implicite contra fidem, & Scripturam Sacram. Alter, si Sententia in prejudicium veritatis, vite, & justitiae: ut si volens rapere sponsam alterius, ferat in contra nitentes Sententiam Excommunicationis. Alter, si Sententia in prejudicium iustitiae liberatis: ut si volens usurpare Civitatem unius Principis, ferat Sententiam Excommunicationis in volentes eam sibi tradere: & ita de multis similibus, ut si excommunicare velit illos, qui sui Regi, & suis Edictis rationabilibus obediunt. Notavit haec Innocentius ubi prius: & habetur fundamentatim ex infallibili lege divina, & naturali. Adde, S. Gregorium non dixisse quod Sententia Pastoris sit tenenda, sive iusta, sive injusta sit, sed quod sit tenenda. Ad Longe aliud est dicere, quod Sententia aliqua sit tenenda, & quod sit tenenda: quia tyrannica iniquitas etiam timore potest, sed tunc non debet, immo contemni.

Ceterum cum Sententia excommunicationis non est notorie injusta, & a Superiore legitime lata est, ab illi, vel subditi Superioris sui iudicium temere, ac superbe reprehendunt, palamque contemnat: sed verari debet, ne iordan penam adeo terribilem alia culpa sua, quam non intelligit, mereatur. Id verum est S. Gregorii sensus Homilia vigesima sexta in Evangelia. Sub magno, inquit, moderamine Pastores Ecclesiae vel solvere student, vel ligare. Sed utrum iuste, an iniuste obliget Pastor, Pastoris tamen sententia graevi tenenda est: ne is, qui subest, & cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timent, vel ligare. Id autem, qui sub manu Pastoris est, ligari timeat vel iniuste, nec Pastoris sui iudicium temere reprehendat: ne esse iniuste ligatus est; ex ipsa, tumida reprehensionis superbia, culpa, qua non erat, fiat.

REGULA XXXVII.

Iniusta Excommunicatio ligat in foro exteriori, cum ab habente Jurisdictionem lata est, nisi continet errorem nonferendum, & ex se manifestum vel appellatio ad Superiorem iudicem interjecta sit ante Sententiam latam.

Hanc Regulam tradit S. Raymundus Lib. 3. §. 33. Tribus (inquit) modis dicitur Sententia iusta, vel iniusta, scilicet ex animo, ex causa, & ex ordine. Ex animo, cum ex zelo iustitiae, aut ex odio, vel indignatione fertur. Ex causa, cum subest in veritate certa, & efficiens causa, vel non subest. Ex ordine, cum servatur, vel praeservitur ordo iuris: & nequeunt isti tres modi. Causa 11. q. 3. Can. Si Episcopus, Tenens ergo circa Sententiam Excommunicationis indubitanter, quod sine sit iniusta ex animo, sive ex causa, sive ex ordine, sive ex animo, causa, & ordine simul, tenet, & ligat quantum ad Ecclesiam Militantem, dum

ramen sit lata ab illo iudice, qui habebat super hoc canonicam Jurisdictionem: quod probatur aperte. Causa 11. q. 3. Can. Si Episcopus, Fallit in duobus casibus: unus est, quando est lata post Appellationem legitimam: alius quando continet intolerabilem errorem: in quibus casibus ad probationem eorum, etiamsi Absolutio non petatur debent, admitti: sed, donec de ipse confiteri, et illi evitari: quamquam talis Sides Apostolica, consuevit absolvere ad cautelam: verum in aliis, nisi gratiam Absolutio implerent, non debent audiri, ne Sententiam Ecclesiasticam contemere videantur. Extra. De Sententia Excommunicationis, cap. Per tuas.

Excommunicatio autem iniuste est consulendum, ut sustineat Excommunicatum patienter, humiliter, ac devote, & praesentet se Excommunicatum, offensus canonice satisfactionem, si in aliquo offendit, & sic instanter postulare absolvi. Si ita fecerit, erit etiam ab meritum alius si contemneret, peccaret mortaliter. Extra, eodem c. Per tuas. Item Potest proponere querimoniam contra Excommunicatum coram Superiore de iniusta Excommunicatione.

Idem docet addidit bene verbis S. Antoninus, 3. p. Tit. 24. cap. 74. additque ex Petro de Palude, quod Quando Sapientibus nunc est sententiam esse nullam, quamvis apud vulgus nesciantur, potest homo non servare eam in occulto: sed in publico debet eam servare, quousque scandalum rationabiliter sedaverit: ut sicem aliqui publicae excommunicatio, & publice denuntiatur, ita ex adverso ipse publice preferat causam, quare Sententia non valeat, puta Appellationem, vel alias iniustam causam: quo factio, non est amplius scandalum pugnillorum, sed Pharisaeorum, & ideo est contemnendum.

Denique Sacra Congregatio Concilii Trid. Interpretata, an Excommunicatio lata ab Episcopo non servata forma in Concilio Trid. Sess. 15. c. 3. De Reformatione praescripta, sint ipso iure nulla, respondit, esse valida, & excommunicatio indigere Absolutione, ut referat Profer Fagnanus in c. Sacro. De Sententia Excommunicationis. Et hac Responso confusa est Innocentius III. Decretali, c. 28. De Sententia Excommunicationis dicenti, contingere posse, ut qui liber est apud Deum, Ecclesiastica sit innodatus Sententia.

REGULA XXXVIII.

Ab Excommunicatione majori lata a Jure, nec reservata, quilibet Sacerdos ad audiendas Confessiones legitime approbatus absolvi potest: ab ea vero, qua lata est ab homine, ille solus absolvi potest, qui iustus, vel ejus Superior.

Vide, quae Art. 1. Quaestio hujus, §. 8. dicta sunt: quibus addendus est insignis S. Thoma, locum 1. q. 2. de Sententia, dist. 18. q. 2. art. 5. Quia licet, 1. ubi compendioso explicat plurime, quae hoc argumentum spectant, & Absolutionem a casibus reservatis, de qua superius scripsimus, ad minori (inquit) Excommunicatione quilibet potest absolvi a peccato participacionis. Si autem est Major, aut est lata a Iudice, & sic ille, qui iustus, vel ejus Superior, potest absolvi: vel lata a Jure, & tunc Episcopus, vel etiam Sacerdos potest absolvi, exceptis fere casibus, quos sibi Jure Conditor (scilicet Papa) reservavit: primus est, cum aliquis intici manus in Clericam, vel Religiosum, secundus est de illo, qui incendit Ecclesiam, & est damnatus: tertio de illo, qui frangit Ecclesiam, & damnatus: quartus de illo, qui in Divinis scienter communicat excommunicatis nominaliter a Papa: quintus de illo, qui falsas litteras Apostolicas dedit: sextus de illo, qui excommunicatis in crimine communicat: non enim debet absolvi nisi ab eo, qui excommunicatus (etiamsi non sit ejus subditus) nisi propter difficultatem accedens ad ipsum absolveret: ab Episcopo, vel a proprio Sacerdote, praeserta juratoria cautione, quod pareret Mandato illius iudicis, qui Sententiam tulit.

A primo autem casu oitio excipiuntur: primus est in articulo mortis, in quo a quolibet Excommunicato potest quis a quolibet Sacerdote absolvi: secundus, si sit Officiarius alicujus Potentis, & non ex odio, vel proposito periculi: tertius, si percutiens sit mulier, quartus, si sit servus, & dominus laetetur de ejus absentia, qui non est in culpa: quintus, si Regularis Regularum, nisi sit enormis excessus: sextus, si sit pauper, septimus, si sit impubes, vel senex, vel valetudinarius: octavus, si habeat inimicitias capitales.

Sunt autem alii casus septem, in quibus percussio Clericorum Excommunicatum non incurrit: primus, si causa discretissima, (ut Magister, vel Praelectus) percussit: secundus, si potest levitate: tertius, si inveniat eum turpiter agentem cum uxore, vel matre, forore, vel filia: quartus, si statim vim vi repellat: quintus, si ignotus esse Clericis: sextus, si inveniat eum in apostasiam post iram admonitionem: septimus, si transferat se Clericis ad alium penitus contrarium, ut si fiat miles, vel ad bigamiam transierit.

RE.

REGULA XXXIX.

Qui dubitat, utrum in Excommunicationem incurrit, Absolutionem ad cautelam postulat, Absolutio autem postulat non negatur, oppositio quacunque non obstante, nisi Actor manifeste erimen excommunicatum fuisse objiciat: tunc enim oitio dicitur inculpationem ad probationem concedendum est: interimque Absolutio differenda. Si erimen probatum fuerit, Absolutio non tribuatur, nisi factum fuerit Excommunicatus, vel se Juri partium, praesertito iudicio, promiserit, si dubia fuerit offensiva.

Hanc Regulam tradit Innoc. IV. in Conc. Lugdunensi, & habetur c. Solet, Tit. De Sententia Excommunicationis, in Sexto. Statimus (inquit) observandum, ut petenti Absolutio non negetur, quamvis in hoc Excommunicator, vel Adversarius se opponat: nisi eum excommunicatum per manifestam dicat offensam. In quo casu terminus oitio dicitur indulgetur sic dicenti, ut si probaverit, quod opponit, non relaxetur Sententia, nisi prius sufficiens praesertit emenda: vel competens cautio de parendo Juri, si offensiva dubia proponatur.

Idem probatur ex cap. Ex parte, Extra. De Verborum significatione, ubi Innoc. III. distinguendum ait: Utrum in aliquem interdicti vel Excommunicationis Sententia sit prolatum contumaciam tantum, quia scilicet citatus fuit noluit Juri: vel etiam pro offensa, quia videlicet iustus voluit malitiosum emendare. In primo casu, potest relaxari Sententiam, respondet, Si prius sufficiens standi juri cautio tribuatur. In secundo vero, si offensa est manifesta, non esse relaxandam sententiam, nisi prius sufficiens praesertit emenda. Si vero dubia est offensiva, sufficere ad relaxandam eandem, sive ad Absolutionem concedendam, Ad parendi Mandato Ecclesiae competens cautio probatur. Quid vero nomine offensae manifeste intelligi debet, idem Pontifex explicat cap. sequenti, Cum olim, his verbis: Offensam illam nos referimus: intelligere manifestam, quae vel per confessionem, vel probationem legitime nota fuerit, aut evidenter rei, qua nulla posse tergiversatione clari.

REGULA XL.

Absolutio ab Excommunicatione peti non debet, neque concedi potest omnimodis, nisi consensu contrarium induxerit.

Hanc Regulam tradit Innoc. IV. c. Romana Ecclesia, Tit. De Sent. Excom. in 6. Interdicti (inquit) Suspendio, vel Excommunicationis Sententia lata, ab Officialibus Archiepiscoporum, seu quibuslibet aliis Jurisdictionem habentibus, suffraganeorum Remensis Ecclesiae subditis, Remensis Archiepiscopi, & ejus Officialis (omnibusque istis Excommunicatoribus) non relaxatur: salva contraria super hoc consuetudine, si quam habent.

Idem constat ex c. Venerabilibus, 7. sub eodem tit. in Sexto. Rotomagensi Archiepiscopo, vel alii subditi Suffraganeorum istius Archiepiscopi, (cum nec excommunicatorum, nec excommunicatorum sententiarum) Absolutionis beneficium impetiri: excommunicatorum autem ab ipsi Suffraganeis, vel eorum Officialibus postquam absolvent, si ab ipsi iustis, aut ab eis Jure provocatum. Metropolitanus itaque non potest absolvere subditos suorum Suffraganeorum a Censuris, nisi, qui illidem Episcopi, vel eorum Officialis tulere, nisi in casu Appellationis, aut Visitationis Provinciae.

REGULA XLI.

Judex Superior, ad quem Excommunicationis causa delata est, si iustam illam esse perspexerit, excommunicatum ad inferiorum vimque iudicem debet absolvendum remittere, nisi si Absolutionis beneficium in iura rogaret, aut dolo differret. Si vero Excommunicatum in iura esse Superior cognoverit, excommunicatum absolvi sine consultatione debet. Si dubitet, utrum iustus, vel iniustus, Absolutionem concedere poterit: quamvis honestus, & convenientius absolvendum remittat ad eum, qui Censuram tulit.

Hanc Regulam tradit ab Innocentio III. cap. Venerabilibus, 7. tit. De Sent. Excom. in Sexto. Sane (inquit) si certum est Excommunicatum Sententiam esse iustam, vel eum propter manifestum excessum est in aliquem promulgata, Superior Judex (nisi periculum sit in mora) excommunicatum ad Excommunicatum profus remittere debet, nec debet eum absolvi, nisi Excommunicatus requiritur multibus illi Absolutionis Beneficium denegat exhibere. Si vero constat, hujusmodi Sententiam esse iniustam, nequaquam remittendus est ad eum Excommunicatum excommunicatum: sed debet sine difficultate aliqua maxime remittere: quod si dubitatur utrum iusta sit, vel iniusta, Superior (nisi Excommunicator desinat) relaxare iuxta formam Ecclesiae potest illam, quamquam beneficium, & convenientius agat, si ei desinat in hoc casu.

RE.

REGULA XLII.

Cum cognitio causa Superiori competit, Absolutio ab eo data, quamvis iniuste, in foro Ecclesiae rata est.

Ita declarat Innoc. IV. cap. Venerabilibus, mox laudato: Ubi autem (inquit) Superiori competit de Excommunicatione cognoscere: Absolutio, seu relaxatio, quam ipse fecerit, tenet, licet forsitan sit iniusta: quoniam est contra ius litigatoris, non tamen contra jus Constitutionis absolvi.

REGULA XLIII.

Excommunicatus ab plures causis, sive ab uno, sive a pluribus iudicibus, non est absolvendus, nisi per utraque causa satisfactus: Absolutio vero, quae alterutra causa tacta, aut alias suppressa veritate, & per subreptionem impetratur, nulla, & irrita est.

Hanc Regulam tradit Innoc. III. cap. Cum pro causa, Extra. De sent. Excom. cujus haec sunt verba: Differenti vestra mandamus, quatenus si vobis confiteri, & dictum Archiepiscopum ab duplici causam excommunicatum fuisse, & expresse tantum alteram in literis, quas super Absolutione sua impetravit: ipsum tanquam excommunicatum satisfactum Ecclesiae suae pro altera. Mentione praemissa, cognatis.

Et cap. Officii, sub eodem titulo: Postremo quoslibet, utrumque, qui propter plures excessus a pluribus Praelatis ius in ipsum habentibus, Excommunicationis Beneficium innodatus, & non Praelatorum de uno tantum satisfactum vult esse, ab eo sit absolvens, de quo satisfactum vult eundem, & cum de alio non satisfactum, alius absolvi vult nuntiari. Super hoc articulo respondemus, Quod supplementi veritatem Absolutio subrepta non praesertit: & veritatem intelligens Absolutionem hujusmodi exhibere non debet.

Eadem Regula confirmatur cap. Ex parte tua, & Extra. De Officio Iudicis Ordinaris, quod Alex. III. Restrictum est ad Cantuariensem Archiepiscopum. Quia (inquit) Nos consule volumus, utrum illorum Absolutio teneat, qui occultis excessibus, pro quibus excommunicati fuerunt, Absolutionis Beneficium per Sedem Apostolicam meruerunt, sua Excommunicationis causam illam praetendentes: taliter respondemus. Quod si tibi in confiteri, debet eos Ecclesiastica Censura compellere eum literis tuis rei veritatem continens ad Sedem Apostolicam redire. Si vero id tibi non confiteri, & eos suspensos habuerit, quod confessi non fuerint veritatem: ipse compellere debet exinde coram te, quoad veritatem confiteri fuerint, purgationem praestare.

Idem confirmat S. Th. in 4. Sentent. dist. 18. q. 2. art. 5. q. 3. Excommunicationes (inquit) non habent connexionem in aliquo, & ideo possibile est, quod aliqui ab una absolvi, & in altera remaneant. Sed circa hoc sciendum est, quod aliqui quandoque est excommunicatus pluribus excommunicationibus ab uno iudice, & tunc quando absolvi ab uno, intelligitur ab omnibus absolvi, nisi contrarium exprimat, vel nisi in casu, quo quis Absolutionem impetrat ex una tantum causa Excommunicationis: tunc pro pluribus excommunicationibus sit: quandoque autem est excommunicatus a diversis iudicibus, & tunc absolvi ab uno Excommunicatum, non propter hoc est absolvi ab altera, nisi omnes alii ad petitionem ejus Excommunicationis Absolutionem confirmaverint: vel nisi omnes non demandent Absolutionem.

REGULA XLIV.

Qui vi, aut metu Absolutionem Excommunicationis extorserit, duplici Excommunicationis vinculo constringetur.

Hanc Regulam tradit Gregor. X. in Concilio Generali Lugdunensi, & refertur cap. unico, De bis, qui vi, metuve causa sunt, in Sexto. Absolutio (inquit) beneficium ab Excommunicationis Sententia, vel quacunque revocationem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti, per vim, vel metum extoritur, praesertito Constitucionis auctoritate omnino viribus vacuum. Ne autem sine violenta auctoritate extoratur: nec, qui Absolutionem, seu revocationem hujusmodi vi, vel metu extorserit, Excommunicationis Sententia discernimus subiacere.

REGULA XLV.

Ab Excommunicatione iusta lata peccatorum in contumacia per severantem interdictum Praelatus praesertit absolvet.

Ita docet S. Th. in 4. Sentent. dist. 18. q. 2. art. 5. Quia licet, 2. ad secundum: Manente (inquit) contumacia, potest aliquis differre Excommunicationem iuste latam remittere: si videat saluti illius expedire, in cuius Medicinam Excommunicatio lata est.

RE.